



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

4. Quid docet filium, in medio amicorum gloriabitur. Eccl. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Mater quæ non sinit suis brachiis prolem egredi, quam dum ratione uti potest; Pater qui talem prolem domo sua egredi non permittit, quàm dum ratio eum regit, & jam habitudinem contraxit sua agendi cum judicio, & amandi id quod honestum est, fruitur veris deliciis paternæ autoritatis, nec ullus homo perfectè dici potest felix in filio suo, quàm qui huic dedit vitam, scientiam, & virtutem.

Si filius tuus virtutem ab alio didicit, non est tuus, quàm ex dimidio, & ejus pulchras actiones tibi de jure attribuere non potes; Habebit ex te potentiam comedendi & dormiendi, à magistro verò suis prudenter sua peragendi & honoratam ducendi vitam.

REGULA QUARTA.

Qui docet filium, in medio amicorum gloriabitur. Eccl. 30.

PARAPHRASIS.

Qui educat sedulo filium suum, laborat tam multum pro aliis quàm pro se; gloria

gloriari potest inter suos propinquos
vicinos, quod sit eorum bonus amicus
cùm sit bonus parens, & cum illis pro
paret bonum successorem, & fidelis
hæredem, qui recolet amicitiam, quam
habet cum illis, & bona exempla, quæ
ipsis dedit.

R E F L E X I O.

Nemo hominum de bonis suis
gloriari potest, si pro suis prolibus
sufficiencia non habeat; Sed adhuc
de virtutibus possidet, si non sufficiencia
habeat ipsas in hæreditatem prolibus
linquendi, & impediendi, ne hæc virtutes
cum ipso moriantur.

Si adspiras ad immortalitatem, &
tactus es laudabili desiderio eam acquiri
rendi, taliter operare, ut omnes hæc
excellentes & pretiosæ, quas possides
post te & in destinato loco permanere
ut sint immortales & gloriosæ. Hinc
tua anima in cœlo, tua virtus in cœlo
prolium, tua reputatio & bonum
men in memoria amicorum, deprecatur
tua pecunia in thesauris Dei, & in
nibus pauperum.

Sed considera quod virtus non detur, sicut dantur bona, dicendo: *Ego ea relinquo*. Nihil agit in hoc passu, qui loquitur in hora mortis, & qui scribit per manum Notarii in suo Testamento: *Relinquo filio meo meam devotionem, & meam prudentiam*. Ex quo has filius tuus non habebit: si vis ut illas possideat, fac taliter, ut dum es sanus, earum possessionem accipiat, ponendo ipsi ante oculos bona exempla, ex quibus cognoscat, quod hæc possessio sit amabilis, & quod plus debeat amari, quàm divitiarum, & alia bona quæ pereunt.

REGULA QUINTA.

Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadit princeps.
Eccl. 30.

PARAPHRASIS.

Equus qui negligitur & non domatur in tempore, devenit indomitus; Et infans qui relinquitur in libertate sine reprehensione & castigatione, devenit incorrigibilis.

I REFLE-